

nituntur ostendere, verum etiam eius lucem, ægis suis oculis odiosam, moluntur infuscare? Illum vero, hoc est, zelum tuum, probavimus, laudavimusque: debet enim filios, haud degeneres, in sui parentis contumelia commoveri. Quia tamen, Spiritu S. per Scripturam monente, non est respondendum stulto iuxta stultitiam suam; & quia S. Augustinus, non folius Instituti nostri, auctor, & parens est, verum etiam Catholicæ universalis Ecclesiæ Doctor, & Magister, cuius doctrinam per summos Pontifices, tun per sacra cœcumica Concilia toties approbavit, & quodammodo conseruavit: non existimamus, nisi signo ab ipsa dato, nobis esse causa furentes ejusmodi graffatores armæ assumenta: quos ipsa fortasse sperat, facilius ad bonam mentem redituros, si eorum furori ad tempus cedatur, ipsique interea coleti medico, qui solus eos sanare potest, serventibus, assiduisque precibus commendentur. Quo spirituum armorum genere ipsum etiam Augustinum, dum vivet, infallitum impetus frigide, gestorum eius monumentis edocemur. Hoc igitur ejus exemplo cum primis faciendum est: deinde Sanctissimo Domino, ejusque ministris, quorum interest, supplicandum, ne tam perniciosem pestem diutius serpere finiat: in quo partes nostras desiderari non patiemur. Vale. Romæ die 15. Septembris 1651.

P. T. R.

Amanissimus

F. PHILIPPUS VICECOMES GEN.

EPISTOLA
EJUSDEM P. GENERALIS

AD

P. CAROLUM MOREAU

GALLUM, EJUSDEM ORDINIS.

R EVERENDE PATER.

Quod Crœsi Filium, historiis celebrem, imi-

tatus', diuturnum silentium, viso Patris periculo, perrupisti, quodque, præferentibus facem Egidio Romano, & Gregorio Ariminensi, ad investigan-
dam, in sublimioribus, profundioribusque Theologicae disciplinae questionibus, Augustini men-
tem, animum applicuisti, atisque, ut idem fa-
cerent, auctor suisti, id vere paragratum nobis,
perque jucundum accidit: debet enim filios, non
degeneres, ad parentis contumelia commoveri;
& cum eudem Augustinum habeamus, non so-
lum vita, morumque Doctorem, verum etiam
doctrinæ Christianæ, atque Apostolicæ Magi-
strum, ad ejus potissimum normam nos in utro-
que convenienti adaptari, ac dirigi. Porro turus
longe, ac securius, in hac temporum conditione,
antiquorum illorum, quam non modernorum ve-
stigii insititur; quoniam adversariorū artibus fa-
cilius est, ut qui nuda profert Augustini sensa, is
Janzenianum aliquid perfonare clamitet, adeo
que sub odio nomine, veritatis affertores vapu-
lare cogantur. Hinc est etiam, quod idem ali-
quas earum Propositionum, quas olim Augustino,
& Prospero Massilienis obiciebant, non, ut Au-
gustini, aut Prosperi, verum, ut Janzenii, fra-
duleter promulgaret, quatenus, ab eis propug-
nandis, veritatis amatores, ac larva perterriti,
prohiberentur. Quidquid tamen moliantur, &
quantuscumque tenebas Augustino Soli offendere
nitantur (non enim Deus Ecclesiam suam defen-
ret, aut permitteret, ut Augustini dogmata, que
prius ipsa conseruavit, & approbando, collaudan-
doque sua fecit, improbentur) nos certe pro mo-
dulo nostro ad laborabimus, ut sua illis dignitas,
auctoritas facta tecla conservetur, & ut, circa
erudiendam juventutem, antiquæ Ordinis constitu-
tiones ubique a Professoribus obseruantur. Vale.
Romæ 24. Februario 1653.

Amanissimus

F. PHILIPPUS VICECOMES GEN. IND.

A I S T O L A
M O D I F I C A T A
I N R E P O R T O D E T O S X I O

R EVERENDE PATER.

Quod Crœsi Filium, historiis celebrem, imi-

ta injuriarum retaliatione interdicunt, moderante inculpata tutela, etiam in legitima defensione,
præscribunt: Sacerdotalis dignitas scurilla scismaticæ, & sarcasmos, præsternit rebus sacris intermix-
tos, tanquam blasphemias abominatur: Coniunctissima veritatis, & virtutis cognatio, sicut verat,
istam mendacis promovere; ita non finit, illam mortibus animi male coercitis, & satyricis facetis
propugnare: Dei Gratia, ut-pote Divina natura participatio, charitate, ac zelo veritatis, sed non
amaro, nec ortis cuiuspiam gloria ambitu contentionibus delecat: Denique Auctoris exemplum
ad hunc nos defensionis modum cogit, cui (ut certo novimus) plurimum displacebit, alii, quam
quibus ipse ulla fuerat, armis, veritate nimis, atque modestia propugnari: cum & ipse in Quæ-
stione, ubi diuina quadam verba narrationis series exigebat, lenioribus, quantum potuit, conatus
sit emollire. Quare ne mireris, Lector eruditæ, atque benevolæ, si omnes Auctorum Solutionis in-
jurias, diceria, aliaque id genus pungetum verborum acuminæ, in his nostris Apologeticis The-
sis ita diffimulamus, ut nec legite videamur. Profecto negligere in animo fuit, quacunque ad
rem non faciunt, & illis duntaxat satisfacere, qua, aliquam probabilitati speciem pre se ferentia,
re tamen vera impetu veritatem. Quo fieri, ut tria, in quo adversa pars affectas impegitte,
manifestum est, offendicula devitemus; in primis scandalum, quod ex verbis disputantium inordina-
tis oriri solet, non ex veritatis defensione, ex qua etiam nonnulli scandalum non datum sumerent;
Utilius tamen, inquit Augustinus de libero arbitrio, illud permittere nasci, quam veritas relinque-
retur. Deinde non onerabimus chartas rebus alienis, & nihil ad Questionem facientibus; sed ipsum,
ut sic loquamur, rei, de qua agitur, substantiam attingemus; quod alii minime præfiterunt. Si
enim attentius adverteris, & scelus tantisper affectuum præjudiciis, aequali volueris ferre senten-
tiam, perspicies procul dubio, Solutionis Auctores, ut illis semiacutis facetis locum darent, nullam
omnino thesim, quod substantia historiæ, nec nisi quod aliqua penitus extrinseca, impugnare.
Denique a tenebris confusione, ordinatum procedendo, cavebimus, ac singulas Theses Questionis,
adversus quas aliquid moverunt, juxta illarum ordinem, nulla impugnatione prætermissa, tuebimus;
colligentes, quæ sparsim, & promiscue ab adversariis sunt objecta; nullum enim ordinem ipsi tenu-
re; quod duplii de causa factum abitrarum: primum quidem, ut liberius, more Rhetorum, va-
garentur, neque, historicæ serie ityliæ castigante, coercentur: præterea ut difficultiam, atque
adeo a paucissimis tentandam, Thesem cum Responsionibz collationem efficerent, & ita arte Le-
ctores ludificarent, qui, dum nequeant ambas, ad invicem conferendo, examini subjecere, non
possunt veritatem Thesem, & Responsionibz jejunitatem percipere; & dum vident quibusdam, fal-
tem specie tenus, satisfactum, idem prorsus de omnibus arbitrantur. Verum, ut hæc omnia dete-
gantur, subiectioris primo Thesem, deinde Responses & argumenta reprehensorum, & tandem
Apologiam nostram. Ne mireris tamen, si ipsissima adversantium verba minime repræsentemus:
noluius facetas seris immiscere, aut tot injuriarum meminisse: non potuimus dispersa hinc inde-
una colligere, nisi repetitione inutili pluries eadem scriberentur. Satis, superque visum fuit, si ni-
hil prætermitteremus eorum, quæ objiciunt: quod nos præstítisse, sicut & omnibus satisfecisse,
sporamus, te judicaturum, si legeris. Vale.

QUÆSTIO THEOLOGICA, HISTORICA,
ET JURIS PONTIFICII.Quæ fuerit mens Concilii Tridentini circa Gratiam efficacem,
& Scientiam medium.

CUI SUBJICIUNTUR

THESES APOLOGETICÆ
Adversus solutionem ejusdem questionis. (1)PRÆFATIO AD LECTOREM,
Theſibus Apologeticis præfixa.

Atrio, qua homines a brutis distinguiuntur; generosa mentis supra plebejas crea-
cta indoles, qua literarum cultoribus debet esse ingenita; Christiana pietas;
quam profitemur; gradus, ad quem in Ecclesia, licet immeriti, sumus eveni;
veritas, quam tuemur; Dei gratia, pro qua pugnamus; Auctoris exemplum,
cujus Apologiam aggredimur, nedum stylum, verum etiam linguam, & ani-
mum penitus avocarus ab scriptione, simili ei, quam Auctores Solutionis nu-
per exhibuerunt. Lumen illud vultus Divini signatum super nos, rationibus,
non moribus, belluarum instar, agendum suader, nobilis ille Sapientia, ad
quam aspiramus. Genius vulgares muliercularum, aliorumque de vulgi face
homuncionum rixantium mores prohibet imitari; Christianæ religionis præcep-
ta injuriarum retaliatione interdicunt, moderante inculpata tutela, etiam in legitima defensione,
præscribunt: Sacerdotalis dignitas scurilla scismaticæ, & sarcasmos, præsternit rebus sacris intermix-
tos, tanquam blasphemias abominatur: Coniunctissima veritatis, & virtutis cognatio, sicut verat,
istam mendacis promovere; ita non finit, illam mortibus animi male coercitis, & satyricis facetis
propugnare: Dei Gratia, ut-pote Divina natura participatio, charitate, ac zelo veritatis, sed non
amaro, nec ortis cuiuspiam gloria ambitu contentionibus delecat: Denique Auctoris exemplum
ad hunc nos defensionis modum cogit, cui (ut certo novimus) plurimum displacebit, alii, quam
quibus ipse ulla fuerat, armis, veritate nimis, atque modestia propugnari: cum & ipse in Quæ-
stione, ubi diuina quadam verba narrationis series exigebat, lenioribus, quantum potuit, conatus
sit emollire. Quare ne mireris, Lector eruditæ, atque benevolæ, si omnes Auctorum Solutionis in-
jurias, diceria, aliaque id genus pungetum verborum acuminæ, in his nostris Apologeticis The-
sis ita diffimulamus, ut nec legite videamur. Profecto negligere in animo fuit, quacunque ad
rem non faciunt, & illis duntaxat satisfacere, qua, aliquam probabilitati speciem pre se ferentia,
re tamen vera impetu veritatem. Quo fieri, ut tria, in quo adversa pars affectas impegitte,
manifestum est, offendicula devitemus; in primis scandalum, quod ex verbis disputantium inordina-
tis oriri solet, non ex veritatis defensione, ex qua etiam nonnulli scandalum non datum sumerent;
Utilius tamen, inquit Augustinus de libero arbitrio, illud permittere nasci, quam veritas relinque-
retur. Deinde non onerabimus chartas rebus alienis, & nihil ad Questionem facientibus; sed ipsum,
ut sic loquamur, rei, de qua agitur, substantiam attingemus; quod alii minime præfiterunt. Si
enim attentius adverteris, & scelus tantisper affectuum præjudiciis, aequali volueris ferre senten-
tiam, perspicies procul dubio, Solutionis Auctores, ut illis semiacutis facetis locum darent, nullam
omnino thesim, quod substantia historiæ, nec nisi quod aliqua penitus extrinseca, impugnare.
Denique a tenebris confusione, ordinatum procedendo, cavebimus, ac singulas Theses Questionis,
adversus quas aliquid moverunt, juxta illarum ordinem, nulla impugnatione prætermissa, tuebimus;
colligentes, quæ sparsim, & promiscue ab adversariis sunt objecta; nullum enim ordinem ipsi tenu-
re; quod duplii de causa factum abitrarum: primum quidem, ut liberius, more Rhetorum, va-
garentur, neque, historicæ serie ityliæ castigante, coercentur: præterea ut difficultiam, atque
adeo a paucissimis tentandam, Thesem cum Responsionibz collationem efficerent, & ita arte Le-
ctores ludificarent, qui, dum nequeant ambas, ad invicem conferendo, examini subjecere, non
possunt veritatem Thesem, & Responsionibz jejunitatem percipere; & dum vident quibusdam, fal-
tem specie tenus, satisfactum, idem prorsus de omnibus arbitrantur. Verum, ut hæc omnia dete-
gantur, subiectioris primo Thesem, deinde Responses & argumenta reprehensorum, & tandem
Apologiam nostram. Ne mireris tamen, si ipsissima adversantium verba minime repræsentemus:
noluius facetas seris immiscere, aut tot injuriarum meminisse: non potuimus dispersa hinc inde-
una colligere, nisi repetitione inutili pluries eadem scriberentur. Satis, superque visum fuit, si ni-
ihil prætermitteremus eorum, quæ objiciunt: quod nos præstítisse, sicut & omnibus satisfecisse,
sporamus, te judicaturum, si legeris. Vale.

R r P r i

(1) Ad Paragraphum nonum Prefationis Histor. de Auxiliis.

PRIMA THESIS QUÆSTIONIS.

Sacrosanctum Concilium Tridentinum Occumeni-
cum, post hominum memoriam celeberrimum,
adversus Lutheri, atque Calvinii heres anno 1542.
indictum, (1) 1545. incipit (2) die 18.
Junii 1547. de justificatione capitulo inquirendo, (3)
aliquo questionibus, 20. Augusti de Gratia effi-
cacia, & libero arbitrio captum agi. (4) Unde
ad questiones de Prædestinatione transitus factus est.
(5) Tandem post variis disputationes 13. Janua-
rii 1547. de his in sessi. 6. definitum adversus pre-
dictorum Hæresiarum errores, (6) quorum is
principis, liberum homini arbitrium, motu a
Deo, & excitatum, non posse diffirent, aut coope-
rari; atque adeo libertatem tolli per motionem Dei,
& gratiam prævenientem: de illa enim præcipue
loqueruntur. (7)

Hæc prima Thesis nulla reprehensione notatur
ab adversariis.

II. THESIS QUÆST.

Illi sessioni aderant quatuor Illustrissimi S. R. E.
Cardinales, (8) e quibus duo Legati, scilicet
Cardinalis de Monte, & Marcellus Cervinus,
Cardinalis Bellarmi avunculus, qui post fære
summi Pontifices; (9) aderant & decem Archi-
episcopi. 47. Episcopi (10), Jayus Societatis Je-
su, Procurator Cardinalis Augustini, (11) &
inter plurimos Theologos Salmeron ejusdem Societatis,
& Laynes, quos tres B. Ignatius moneret per
litteras, ne novam ullam opinionem amplectentur,
licet rationibus, & auctoribus fulta videbatur. (12)
Erat & Dominicus Soto Ordinis Predicorum, qui
ibidem libros de natura, & gratia, Patribus Con-
ciliis dicatos, (13) & a Legatis cum laude ap-
probatus, (14) edit in lucem, (15) sicut &
Andreas Vega Ordinis Minorum, & ipse in Con-
cilio, questione de justificatione, & mos commen-
tarios in 6. sess. Trid. (16) que opera laudas
Canitis, Societas Theologorum. (17)

In hac secunda Thesi unum criminantur n.1.
videlicet, quod Author scribens anno 1607., ut
apparet ex editione, laudaverit Orlandinum, cu-
jus opus non prodiit ante annum 1615., sicut
nec Sacchini ante annum 1620., quem tamen
etiam citat Author questionis, Thesi 28.

Verum, præterquam quod hoc valde extrinse-
ca sunt, neque narrationis fidem evançant; quid
si auctor in manuscriptum Orlandini codicem in-
ciderit? Quid si error fuerit Typographi, annum
1607. pro anno 1627. aut 1637. reponit? Quid
quod hic lapsus Typographi, editionis
annum dissimilanti, tribuendis videatur potius,
quam Auctori? Neque enim solem Scriptores ad
annum attendere, quo Typographus editionem
designat. Debuerant reprehensiones ostendere, ea,
que ab Auctore citantur, non haberi in Or-
landino, & Sacchino, quod tamen non potuerunt.
Maneat igitur hujus secunda Thesis inconclusa
veritas.

(1) Ex Bull. Indictionis. (2) Ex 1. sess. Concilii. (3) Ex Actis Concilii. (4) Ex Act. (5) Ibidem. (6) Tax. Conc. sess. 6. (7) Hofus Cat. lib. de Hæresibus, & Bellar. lib. 4. de grat. & lib. arb. cap. 5. (8) Ex subscriptionibus. (9) Ex votis suorum Pontificum. (10) Ex subscriptionibus. (11) Ex subsci. (12) Orland. Jesuita hist. sua Societ. l. 6. nu. 25. & 26. (13) Ex Professione Sati. (14) Soto pref. ad libros Vige. (15) Ex edit. lib. Sati. (16) Ex edit. lib. Vige. (17) Ia Pref. (18) Ex sess. ult. Concilii. (20) Victorillus in Addit. ad Diaconium in Pio 4. in 4. Cap. creat. Card. creat. (23) In Bullis, & Brevibus infra citandis. (24) 1505. 1509. 1573. 1576. 1579. (25) 1576. De predicatione Verbi Dei, cap. 2. (26) 1508. De Seminario, cap. 4. (27) 1509. Constitutione 42. cap. 2. & Confessio. 59. cap. 7. (28) 1574. Tit. de Parochis. (29) 1581. (30) 1582. (31) 1583. (32) 1587. (33) 1588. (34) 1594. (35) 1596. (36) Ex Actis earum. Synod. (37) Albert. Dux Bavar. apud Fabricium, & alii. (38) Ederus, Bell. & alii. (39) Regula de Profecto lectoris mensa.

III. THESIS QUÆST.

edendum, cum primum in lucem prodierit. Ecce
jam constare incipit, quanta sit fides repreheno-
rum. Habemus Catechismum undeque ex verifi-
simis commendatum, (etiam ex Regulis Patrum
Societatis) in quibus, licet non nisi Divi Bernar-
di (1) opera probaretur, hoc tamen sufficeret:
ne illius auctoritate quisquam temere denegaret:
quanto magis, cum jam tot fundatissimis com-
mendationibus basibus innitur?

IV. THESIS QUÆST.

Circa idem tempus, Scientiam-medium excogita-
tarunt Molina, (2) vel Fonfca; non
dubit tam tam typis mandare (4): discipulos illam pri-
vatim docent: hec inter Lessius, qui paulo post Lovanii
prelegens, propositiones quasdam de Prædesti-
natione, & gratia dicit, quibus offensa Academia
1586. Censuram in eas profert, (5) etiamque im-
pati Diucentis, (6) premonita a RR. DD. Lu-
derico de Berlaymont, Archiepiscopo Cameracensi,
Johanne Hauchino, Archiepiscopo Melchiniensi, &
Guillelmo Lindano, Episcopo Gandavensi. Contro-
versia ad Pontificem delata, tulit illi (scilicet Lessius)
temeritatis sue acrem reprehensionem. (7) Six-
tus V. utrique pari silentium indicet, anno 1588.
(8), quo tamen Generalis Societas solvit Molinam,
dum eodem anno ejus Concordiam approbat (9),
nihil cum suis videntur.

In istam quartam Thesis ex quatuor præsenti-
infurgunt numero 13. 14. 15. Primum est, quia
subiectum auctor, Lovaniensem Academiam Censuram
faciat esse inutilis Bulla Octavii Frangipani,
Episcopi Calatini, Apostolici Nuntii, dicentes,
motas suis differentiationes super quibusdam fana do-
ctrina articulis. Illi autem, inquit, erant articuli
Lessiani: igitur articuli Lessii fana doctrinae
dicuntur.

Respondeo, hoc argumentum male compactum
est: hec si quis haeticus diceret: Mora sunt
questiones in Germania super quibusdam fana do-
ctrina articulis: atque illi articuli sunt Lutheri;
ergo Lutheri articuli sunt fana doctrinae;
non valent hoc argumenti genus, quia, cum mo-
ta dicuntur differentiationes inter duas partes, præfer-
tim Catholicas, de quibusdam fana doctrina articulis;
idem proflus est, ac si diceretur, con-
troversum esse, quinam fini veri, & fanae do-
ctrinae articuli. Quare etiam, cum Patres Societatis
vulgarent, Academicam Lovaniensem retrahisse
prædictam Censuram; Sacra eius Universitatis Fa-
cultas eandem Censuram confirmavit an. 1613.
& ab ea se nunquam discessisse, neque disces-
serat, testata est, donec a Sancta Sede res defini-
retur. Hoc autem nunquam commisissent sapien-
tissimi viri, si doctrinae Lessii, tanquam fanae do-
ctrinae, a Legato promulgata fuisset.

Secundum caput criminationis est, quod auctor
citarerit Henricum Henrique lib. de ultimo fine
hominis, cap. 12. (cujus loco Typographus male
aproposuit c. 13.) quasi loquenter de Lessio: cum
tamen, inquit, ne verbum quidem habeat de
illo, qui erat Lectio, & impugnator Catharini.
Henriques vero loquitur de Concionatore, ac fe-
catores Catharini.

Ut ita evanescant, repræsentamus locum Henri-
ques in textu sic habet: Quam Theologi, labore
minus utili, sententiam Catharini de Prædestinatione,
causa prævisa, erroris exclusive contendunt. In com-
mentario autem littera B. sic dicit: Bannex, Zu-
mel, &c. damnant sententiam Henrici, quem sequi-

Serry Tom. II.

(1) Ferte Borromæi. (2) I. p. g. 34. a. 13. disp. 18. (3) 6. Metaph. g. 4. (4) Idem ibidem.
(5) Censura Lovan. (6) Censura Diuac. (7) Henr. Henrig. lib. de ult. fine hominis, cap. 12, in comment.
(8) Acta Congr. de Auxiliis. (9) Facultas Generalis.

R. 2 Ter.

Tertium caput criminationis num. 14. ponitur, quod Auctōr Leffsum singat Molinam discipulum, quem nūquā vidērat, sed nō ejus quidem scripta, utpote nondum edita anno 1586.

Verum Auctōr non singit Leffsum Molinam discipulum, sed vel Molinam, vel Fonseca, ut ex verbis Auctoris apparet: quare in hac parte imponunt Auctori. Secundo, aliud est, esse discipulum; aliud, esse auditorem: qui ab altero acceptam doctrinam sequitur, non auditor, sed discipulus dici potest, etiam si Magistrum nūquā vidērit, neque illius scripta legerit, si tamen ab aliquo illam accepit, qui ab ipso, vel alio ejus discipulo, didicērit. 3. Esto, Leffsum Molinam non vidērit, aut ejus codices, typis mandatos, potuit sane manuscripts evolvere, & in iis a Molina doctrinam excipere, qua fieret ejus discipulus; præterim, cum Molina 1. p. quæst. 14. art. 13. disp. 18. memb. 2. §. Auctōres, profiteantur, se docuisse suam illam sententiam 30. annis ante edita commentaria in primam partem, quæ primum prodire anno 1593. vel 94., ut testatur Paulus Leonardus, 2. p. num. 36. atque adeo potuerit Leffsum, per illos 23. annos intercedentes, Molinam doctrinam aliqua via excipere.

Quartum caput criminationis num. 15. continetur. Narrat Auctōr, Sixtum V. utriusque parti silentium indixit anno 1589. quo silentio Molinam solverit Generalis Societatis: utrumque autem falso est, inquit: Primum quidem, quia Sixtus V. non indixit silentium disperbatibus, sed cavit, ne altera pars alteram censura notaret. Secundum vero falso est, tum quia, si nulla fuit silentii lex a Sixto V. indicta, non potuit Generalis illa Molinam solvere; tum etiam quia Molina Concordia jam edita fuerat anno 1588., atque adeo non potuit Generalis, dando licentiam Molinam ad edendam Concordiam, illum solvere illa silentii lege, etiam si suisset indictum.

Verum hæc nihil nocent, si unicus Typographi error, qui facillimus est in numeris, corrigatur, & loco anni 1589. reponatur 1588., quo Sixtum V., per Nuntium Octavium Frangipanum, Episcopum Calatinum, sententiam in hac causa dixisse, fatentur reprehensoribus numero 13. silentium vero indictum esse a Sixto V., probavit P. Lemos in Congregatione 26. alias 45. ex ipso Brevi Sixti V., neque id potuit insificari P. Battista, qui tamen initio contrarium assertuerat. Et esto, non ita res se haberet: dum narrat Auctōr indictum a Sixto V. silentium, non incommodo potest hoc intelligi de silentio a censura; ita ut caverit Sixtus V., ne altera pars alteri ullam vel minimam hæresos, aut erroris notam inureret, ut dicitur cap. 4. lib. 6. Imaginis primi seculi Societatis. Hoc autem ipsum non obseruasse Molinam, confat, quia sententiam, sua oppositam, assertit esse turpem hallucinationem disp. 17. §. His itaque, & occasionem dedisse erroribus, in Concordia, membro ultimo, & passim, vix posse ab hæresi Calvinitarum vindicari, qua liberum arbitrium destruit: immo distincte vocat illam errorum in fide 1. p. q. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 6. §. Certe non dubitarem, pag. 325. col. 2. lit. E. & F. editionis Lugdunensis, Joannis Baptista Buissone 1593. Quare conflat, indicta a Sixto V., silentii lege Molinam suisset solutum. Neque vero dixit Auctōr, Generalem illum ea soluisse, facta copia edendi Concordiam: quod etiam non omnino a vero alienum esse potest; sed ait dumtaxat. Generalem

V. THESIS QUEST.

Lovanienſes dicunt, (1) se dolere, quod PP. Societatis Augustinum floccifaciant, & qui Iesu titulum pre se ferunt, gratia Iesu injuriam inferre videantur: timere se, ne qui bone vite exemplo multos adficcarunt, plurimos male credulos in ruinam precipient. Finiunt in hac verba: Sententia hæc Dei bonitatem obscurat; jutitiam enervat; Scripturis illudit; Patrum testimonia in sensu alienos detorquet; humanae rationis corruptioni applaudit; humiliatis fundamentum evertit; precandi necessitatem non magnam relinquit; propriarum virium fiduciam ingenerat; in salutis negotio, quod precipuum est, homini donat; quod minus, Deo; gratiam libero arbitrio subiecit; in summa a Pelagiano non procul abscedit: Hæreticorum nostrorum sententiam stabilit. *Eadem Diucaens.*

Thesis hæc quinta intacta manet.

VI. THESIS QUEST.

Ex Concordia Moline ortitur discordia, maxime (2) quia, Augustinum sub caligine suisset. Non attendit ad rem; Ex ejus sententia turbatos esse viros eximios, &c. diceret. Ejus tamen dogmatica publica suetor Antonius de Padiglia, (3) ejusdem Societatis, anno 1594. 5. Martii, in Perugilio febi D. Thome Aquinatis, quen, velut per contemptum, designauit, ait P. Alvari, Ordinis Predicatorum: Putatisne, vos habere clavem scientie in Ordine vestro? Incalcentibus in disputatione animis, PP. Ordinis Predicatorum dicunt, theses esse erroneas: cumque illi essent magne auctoratis, commoveretur civitas: territi PP. Societas eadem die ad vesperam sacro Tribunali Inquisitionis librum Molinam, tanquam de hæresi suspectum, denunciant: Rogant tamen, ne PP. Predicatori sint Censores. Venitius querit in Academiis.

Adversus hanc Thesim 6. multa conqueruntur num. 16. 17. & 18. Et 1. quidem, quod auctōr dixerit, ex Concordia Molina natam discordiam anno 1584. pro quo reponendum judicant 1594. Sed profecto vel ex hoc capite attendat eruditus Lector, quam fidem a reprehensoribus expeditare debet in factis occulitoribus, cum in tam apertis falsitatis eos convicerit. Auctōr questionis ortam ex concordia Molina discordiam absolute narrat, nulla apotropa temporis, vel anni designatione. Postmodum vero speciale quoddam factum referit Antonii de Padiglia; illudque anni, mensis, ac diei, quibus contigit, annotatione determinat. Reprehensor, ut ansam crimandi habent, annum, quem auctōr signat inferius in facto Antonii de Padiglia, transtulerunt ad ortum discordia ex Molina concordia. Quare fides? Ad eum licet auctōr dixerit, ortam ex Concordia

dia Molinæ discordiam anno 1584. (pro quo reponendum est 1581.) nihil diceret a vero alienum. Nam ex Concordia Molinæ, id est; ex novo illo modo, quo Molina explicare conatus est Concordiam liberi arbitrii cum prædictatione, ac gratiae auxiliis, orta est eo anno discordia Salmantica; cum P. Prudentius de Montemajor Jesuita quedam theorematem, ad hunc nondum spectantia, voluit propugnare, qua Theologice Facultati sic disciperetur, ut & Censura notarint, & ad sacros fidei Quæfitores res delata sit. Cujs rei testem habeant Paulum Leonardum Jesuitam p. 3. num. 35.

Secundo conqueruntur, quod natæ ex Molinistica Concordia discordia telem adhibuit Petrum Matthæum, qui, cum Historiam ordiatur ab anno 1601., non potuit narrare, qua contingunt anno 1589. vel 1594. & quod dicit de Molina, refutat ad annum 1603. exēcutum.

Miraram profecto, reprehensoris itos ita se celebris Historiorum confuetudinis ignarus simulari, quia minimi noscent, historiæ scriptores, licet unius anni historiam texant, cogi nihilominus ad præcedentes annos recurrere, ut narrationis originem explicitent. Itaque P. Matthæus, cum vellet celeberrimarum disputationum meminisse, qua habebantur Romæ, ut ita loquamus, in Ordinis totius oculis, causam, & originem controversiæ in scripta Molina refutit; non quod Molina, anno illo 1603. exēcuta, primum scripsisset, sed quod necesse fuit, hoc subjiceret, ut narratio texeretur. Et videat Lector miram Auctōris cum P. Matthæo consensionem; neuter enim orta discordia annum designat; sed uterque absolute ex scriptis Molina illam ortum habuisse pronuntiat. Advertat etiam, qua ratione verba auctōris ex thesi 6. num. 16. truncaverint. Dixit auctōr: Incalcentibus in disputatione animis, Patres Ordinis Predicatorum dicunt, theses esse erroneas: iti abstulerunt illas particulas, in disputatione: forte, ut postea nam. 18. veriore cauam discordia dicerent, zelum, & amulationem: quod quanta fide, quantave charitate conditari, ipsi viderint. Profecto apertos in disputatione posse incalcescere, absque zelo, & amulatione, immo citra vitium, & indecorum, omnes vident; quod tamen extra disputationem minime decet.

Tertio conqueruntur, five dicunt, eandem cum prædictis firmatim habere, quod narrat Auctōr de Antonio de Padiglia.

Verum, præterquam quod hujus rei testem produxerat auctōr Dalmatianum Amatum, in sua Relatione Hispanica anni 1594. possunt etiam confidere alium, haud suspecta fidei, utpote bonum suum Societatis, (quod infra apertissimum evincemus argumentis) Paulum Leonardum p. 3. num. 20., qui idem narrat.

Quarto conqueruntur num. 17., quod cum Auctōr narrasset, ex Concordia Molina ortam discordiam, maxime, quia Molina dixerat, Augustinum esse sub caligine; Non attendit ad rem; Ex ejus sententia turbatos esse viros eximios & nulum hujus rei testem protulerit, nisi Molinam ipsum: quasi vero, inquit, dum scriberet, ipse vaticinatus fuerit, & narraverit ventura, tanquam jam facta, ac testimonium contra se ipsum dixerit.

Hic rursum fidem reprehensorum, & oculos lectorum desideramus. Viderint lectors, an nullum alium testem, nisi Molinam, auctōr citaverit orta ex Molinæ Concordia discordia; idque potissimum, ob verba minus reverenter adversus Augustinum protulit. Nam distinctissime citatur, ad marginem, utriusque rei testis P. Matthæus,

qui disertissimis verbis utrumque narrat, ut vide-re git apud ipsum, & infra patet, dum totum, & integrum locum repræsentabimus. Ut autem exprimeret auctōr, quænam illa esset, quæ (ne durius loquarum) audacter nimis Molina de Divo Augustino oblocutus fuerat, Molina loca designavit, in quibus illa profert. Et quamvis dixisset auctōr, Molinam & contra seipsum dixisse teftimonium, dum novam suam opinionem, & a nemine ante traditam, afferit, & vaticinatum esse futuris, quæjam præteritis, dum ex gestis Salmantica anno 1581., & Lovaniæ 1586. debuit prudenter conjectare, quæ ventura essent; nihil plane non verosimile protulisset. Quia vero non fidelieris repræsentatam Molinæ phrasin, infra conqueruntur, lubet loca Molinæ integra subjiceret, & potesta locum P. Matthæi. Molina itaque in Concordia, quæst. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 6. §. Quod ad August. ait: „Quo-“ circa si meum hac de re judicium quicquam „ponderis habet, suspicor, Augustinum, & D. Thomam (qui Augustini vestigia est fecerit) „sua illa opinione illud primum solum intendis „se potissimum, neque advertisse, quantum ad „auperendam duritum illam aliam, quam mini-“ me interenderunt, conduceret additio illa, quam „nec negant, nec negasse, si de ea fuissent „confusi. Interim vero, DUM, SUB EA QUASI „CALIGINE, DIVIS AUGUSTINUS AD HOC NON „ATTENDIT, arbitratus primo aspectu, cum sua „de prædictatione opinione esse conjunctum, „Deum non velle, omnes universim homines „salvos fieri, sed solos prædestinatos, in multis „sua doctrina locis ita illum locum Pauli pri-“ mæ ad Timoth. 2. interpretatus est, ut de so-“ lis prædestinatis intelligeretur. „Ecce quonodo Molina dicat, Augustinum, dum, sub quasi caligine, (qua videlicet non advertit, auferendam esse illius opinionis duritatem) ad hoc non attendit, male interpretatum esse locum il-“ lum D. Pauli. Ibidem, membro ultimo, lo-“ quens de eadem Augustini explicatione in eu-“ dem locum D. Pauli, ait: „Quæ doctrina plu-“ rimos ex fidelibus, præfertim ex iis, qui in „Gallia morabantur, non solum indoctos, sed „etiam doctissimos viros, atque in Episcopali „dignitate constitutos, mirum in modum turbavit; ne dicam, illius occasione fatulam eorum „fuisse periclitatum. Ne enim hujusmodi do-“ctrina adhaerenter, heresi potius Pelagiæ ex „parte assentendum, putabant. Hæc Molina.“

P. Matthæus Historiæ septem annorum pacis, tomo secundo.

Multum interest fama Romanæ civitatis, (que olim Diva vocabatur, hodieque nomen Sanctæ obtinet, quod præ ceteris majori con-stantia doctrinae integratatem conservarit; & que est in Ecclesia, quod pupilla in oculo, & ratio in anima) ne patiatur quæstiones abfique utilitate curiosas, qua nulla alia possent aucto-ritate, quam privatis quorundam nimis præfumentum phantasis, qui, ut sagacitatem inge-nii promant, temeritatem produnt, seque æ-que ridendo exponunt, ac Megabyssus fecerit, dum de linea, & umbris in officina Apellis discurreret.

Summus Pontifex, cui cura doctrinæ fidei commisisti est, qui controversiarum Judex est, & arbiter, ferre non debet, quod in tam ele-ganti vultu verruca illa eminet, aut nodus quidam interficit rectum habitum, & disposi-tionem cedarum, que supra Libanum elevan-tur, aut quod macula quæcumque, albugo, vel defluvii quidam illi oculo hæreat. Veri-tas enim, & antiqua doctrinæ ipsius auctoritas

(1) Totum excensura. (2) D. Matth. Hist. Reg. Chriſt. tom. 2. Hist. 7. an. pacis sub finem. (3) Dalmatius Amatus in sua Relatione.

mirum in modum luditur, dum quædam inge-
nìa, contentioni, & divisioni nata, conantur
in disputationem deducere res adeo claras, ro-
ties decretas, & confirmatas. Sed sunt, qui a
disputatione abstine nequeant, & qui tantum
voluptatis capiant in perficanda proprii cere-
bri prurigine, ut si audirentur, omnia essent
disputationi obnoxia; nulla esset veritas, cui
non altera veritas opponeretur; nulla ratiocina-
tio, quæ non alia æqualis momenti ratiocina-
tione oppugnaretur.

Jesuita quidam excitavit questionem, audi-
cem nimis, in tota Ecclesia Catholica, sed
audacissimam Romæ, quod scilicet non esset
de effientia fidei, credere, Clementem VIII.
esse verum, ac legitimum D. Petri successo-
rem. Conjectus propter fuit in carcere. &
nisi Legatus Regis Hispaniarum intercessisset,
pejora esset expertus, probassetque, corpus sa-
pe merito posse conqueri de animo, propter
labores, quibus subeundis illud exponit.

Alter Jesuita promulgavit propositionem,
quæ infolens existimat est, ob periculum no-
vitatis, & consequentium, scilicet, quod con-
fessio fieri posset per litteras, & per interna-
cios. Hi turbines ex parte caufam prebuerunt
Suari, Doctori Jesuitarum, eundi Romanam.

Fuit & tertia, orta ex scriptis Molina,
Jesuitæ, De Concordia gratiae, & liberis arbit-
riis, qui dicebatur, propugnare plusquam me-
diæ partem hæreticis Pelagianæ, & qui audi-
cer nimis locutus fuerat contra sententiam D.

Augustini, quæ nihilominus est fides Ecclesiæ
in his, quæ ad gratiam, & liberum arbitrium
pertinet.

Frates Prædicatorum, qui primas Theologie
cathedras in Hispania, & Lusitania obtinunt,
dicebant, opinionem Molinae erroneam esse.
Lemos, quem arbitrantur nulli cedere in do-
ctrina, multum laboravit, ut hoc probaret.
Quæstio disputata fuit coram summo Pontifice,
Cardinalibus, & Generalibus Ordinum, qui
Romæ resident. Rejicienda est in annum se-
quente definitio harum questionum: videbi-
tur, an Summi Pontificis judicium hominem
libero arbitrio fortiorum efficiat, quam gratia
Dei. Vidi ego litteras Cardinalis Baronii, ma-
na propria scriptas ad D. Petrum de Villars,
Archiepiscopum Viennensem, vere alterum Gal-
liæ Hilarius, & quem tantus ille Cardinalis
vocat Lucernam pedibus suis, dum per obsec-
ra Theologia contigerit ambulare, & sane ab
omnibus habetur ex doctissimis totius Ecclesiæ
Episcopis. Conqueritur ille, quod Molina
questionem excitat, quæ Ecclesia Catholica
non erat opus. Arque sub finem ait, quod,
licet diligat, & colat ex animo Jesuitas, fibi-
que injuriam reperit, quidquid eos offendit;
nihilominus eos admonuit, ne famam suam
discrimini, defendendo Molinam, exponit.

Ad marginem vero, ipsa verba epistolæ Car-
dinallis Baronii sic respicit: „Vale, Pater aman-
tissime, ac doctissime, lucerna pedibus meis,
„dum per obsecra Theologia contigerit ambu-
lare. Monui RR. PP. meos Societatis Jesu,
„ne existimationem suorum, in defensione libe-
rum Molinæ, periclitari finant, & in differen-
tia adduci. Colo ipsos omnes, ut Patres;
„Deus facit, ut de ipsis illud usurpem: Oppro-
bria exprobrandum tibi cederunt super me. “

Ecce integrum locum Matthæi.

Numerus 18. recriminantur, & dicunt primo,
quod, si ea potuit esse causa discordia; quidai
Thomistis potius imputatur, qui, nihil obstante
Augustini luce, tantam esse fatentur hujus con-
cordiæ caliginem, ut captivandus sit intellectus,
sic in obfuscam Trinitatis, & Incarnationis
mysteriis?

Resp., Rationem esse, quia Augustinus ipse
eodem modo cenferat, captivandum in hac concor-
dia intellectum. De Spiritu, & littera, cap. 34.
„Jam si ad illam profunditatem scrutandam quis-
quam nos coarceret, cur illi ita suadet, ut
persuadeatur, illi autem non ita; duo solum
occurent interim, qua respondere mihi pla-
ceat. O altitudo divitiarum! &, Nunquid ini-
quitas apud Deum? Cui responsio ista displi-
cat, et querat doctiores; sed caveat, ne inventiat
præsumptores. In eundem sensum loquitur de
Corrept. & grat. cap. 8. & in infinitis propemodo
alii locis, in quibus fere semper adducit
illud D. Pauli ad Röm. 11. O altitudo divitiarum
sapientie, &c. quæ verba Ecclesiæ usurpat in se-
fato Sanctissima Trinitatis ad significandam obfus-
caritatem tanti mysterii: ut mirum non sit, si
qui D. Augustinum magistrum agnoscunt, utrum
Ecclesiæ cum Augustini doctrina conferentes,
obfuscaritatem concordiæ liberi arbitrii cum præde-
stinatione, & gratia obfuscati mysterii compara-
rent, & in utroque captivandum intellectum,
pronuntient.

Dicunt 2. cur nullam peperit discordiam, quod
Bannez ait, si Augustinus voluisse attendere malitia
hujus consequentia, nunquam posuisset,
quod &c.? Resp., Idcirco hoc nullam peperisse discordiam,
quia, licet durius locutus sit Bannez; hi tamen,
qui eandem cum Bannez doctrinam tenent, non
sunt, qui omnes eorum, quos sequuntur, la-
pus, & errata velint pro aris, & focus excusare,
atque defendere: quod idem si oppositæ partis
fautoriæ præficiunt, nulla unquam orta fuisset
ex nova Molinae doctrina discordia.

Ne autem quis horret ad dictiōnē illam
(malitia) in dicto Bannez, confideret, illum
folium velle, consequentiam illam, quæ inferunt,
omnes reprobari propter solum peccatum origi-
nale, ex eo quod aliqui propter illud solum repro-
bantur, non esse bonam, & legitimam: & hoc
est, quod Bannez ait, D. Augustinum noluisse
attendere.

Tertio dicunt: cur nullam quoque discordiam
peperit, quod Prosper, & Hilarius in suis ad
Augustinum Epistolis narrant?

Resp., Quia Prosper, & Hilarius id scribe-
bant Augustino privatum, non ut illum impugna-
rent, sed ut monerent, quantum immineret per-
iculi ex adversantia auctoritate; idque ante da-
minatos Semipelagianos, quos proinde nobilebant,
tanquam hereticos, debitis honorum titulis spo-
liare, sed tanquam Catholicos colere: Molina
vero vocans Semipelagianos illos viros fideles, &
Catholicos, id scribebat adversus Augustinum;

idque, publice impugnando ejus doctrinam, etiam
post damnatos Semipelagianos, quos non debuit
vocare fideles, & ita commendare; cum jam da-
mnati, omni penitus honore excidissent.

VII. THESIS QUEST.

Res ad Clem. VIII. defertur 1597. (1) Societatis tota defensionem Molina suscipit, (2) quamvis oppositum suaderent domestici (3) & ex-
tranj., ut Cardinalis (4) Baronius. (5) Pontifex flatuit

(1) P. Matth. tom. 2. hijt. 7. anni. pacis. (2) Idem & Ad. Congr. (3) Ibid. (4) P. Matth. cit. referens fragmentum epist. Card. Baronii ad Archiepisc. Vienn. D. de Villars, quod sic habet: Monui RR. PP. So-
cietas Jesu, ne existimationem suorum, in defensione libror. Molina, periclitari finant, & in differenti ad-
ducunt. (5) Acta Congr.

statim Consultores, Illustrissimum Cardinalem Ludovicum Madritum, Ep. Tridentinum, qui Trid. interfuerat, F. Proprietum Refam de Tallecorio, Ord. Min. Epis. Geruntin., & Cariatten. F. Julianum Sanctum de Monte Polit., Ord. Min., Epis. S. Agathe Gottb. D. Lelium Landum Sueff. Epis. Neritonensem. F. Hypolitum Senen, Servi. Epis. Montispulsi, F. Gregorium Nantes, Ord. Erem. S. Aug. F. Joannem Antonium Bozium, Carmelit. D. Jacobum le Boffu, Gallum, Ord. S. Benedicti, Doctorem Sorbonicum, D. Ludovicum de Cevil, Doct. Sorb. Quibus additi postea sunt Fr. Joannes Rada, Procurator Generalis Ordinis Min. post Archiepiscopum Tranen. F. Joan. Plumbino, Proc. Gener. Ordin. S. Augustini, & F. Hieronymus Palanius, Ord. Min.

Circa hanc Thefim 7. multa dicunt, in quibus fe triumphe, arbitrantur. Primo citatio-
nem marginali reprobant, quia Petrum Mat-
thæum auctoꝝ citavat in testimonio, quod domi-
netici Societatis censebant, Molina sententiam
non esse, nomine totius Societatis, defendendam.
Et certe error Typographi fuit, qui, cum in
margini littera c. debuisset apponere, (ibidem)
apposuit (Idem ibidem). Illa autem particula
(ibidem) non denotat citationem ex Petro Mat-
thæo, sed ex Actis congregationis, utpote ultimu-
mo citatis. Ne autem ob defectum testimoniū
conquerant, confulani Marianum, de regimine So-
cietatis, cap. 4. id expresse dicentes: confulat Fuligatum, & Sylvestrum Petra-sancta, Vita
Card. Bellarmi, lib. 3. cap. 3., idem non ob-
scure subindicantes. Et Henricum Henriquez de
ult. fine hominis, cap. 4. §. 2. in Comment.
litt. C. Idem, si opus fuerit, alii testibus, etiam
domesticis, comprobabitur.

Secundo reprehendunt, quod Baronii verba
truncaverit.

Verum non debuit, præsertim charta angustiis
(ut apparer) prohibitus, afferre omnia, sed ea
dumtaxat, que rem relatam probarent. Immo
(ne quid diffimilem) peccavit auctor quæstio-
nis: debuit omnia repræsentare, ut affectum Ba-
ronii erga Societatem offendere, & ex illo tale
deduceret argumentum. Si Baronius, tanto affec-
tu Patres Societatis profegens, moner illos, ne
se, defendendo Molinam, periculo exponant;
profecto non tutam, neque ut D. Augustini men-
tem, sed potius, ut ipsi sancto Doctori adver-
sam, debuit censere Molinae opinacionem. Quod
vero Baronius secutor futurus esset, si vitam
produxisset; an divinare sit, viderint Lectores.
Nos enim in animum nunquam inducere poter-
imus, tantum Principem haec scripsisse ex foliis
rumoribus; præterit, cum iam Purpuratus Pa-
ter ipse Romæ degeret; sed post diligens examen,
ac prudentem causæ discussionem, tale monitum
ad Patres Societatis direxisse.

Tertio afferunt n. 20. mendacium esse, quod
aut Auctor, totam Societatem suscepisse defensi-
onem Molinæ; neque id docere Petrum Matthæum
ab auctore citatum.

Verum hujus dicti veritatem tuerit Fuligatus,
five Sylvester Petra-sancta, in Vita Cardinalis
Bellarmi, loco citato dicens: Quam (scilicet
Molina sententiam) etiæ aliqui, eo quod ex unius
privati scriptoris nata ingenio erat, minime con-
fabant, defendi debere a Societate universa; attamen
i, qui cum prærant, taliter deliberarunt. Idem
testatur Mariana citatus. Idem Paulus Leonar-
dus Jesuita, passim. Idem colligitur ex Matthæo,
quatenus afferit, utriusque Ordinis Generales,

exten-

(1) Acta Congreg. scripta a D. Fr. Penna, Rot. Decano, & a D. Le Boffu, Doctore Sorbonico, &
aliis.

Prædicatorum, & Societatis, interfuisse Dispu-
tationibus illis, qua coram Summo Pontifice ha-
beantur.

Quarto dicunt, se expedire, quam authentica
esse probentur Acta Congregationum, quæ protu-
li auctoꝝ. Verum ubi negaverint, non deerunt
probationes: interim hæc habeant. Licuit jam-
diu P. Sirmondo, licuit aliis Criticis, e veteri-
bus membranis, antiquorum libros, situ, & squa-
lore obseru, publici juris facere, eisque sat, su-
perque auctoritatem conciliare ex eo, quod quæ-
dam loca, ab antiquis aliquibus citata, cum illis,
que manuscriptis illis codicibus continebantur,
convenire, ac confonare, offendent. Immo licuit
Bartholomaeo Perez, Jesuita, ingentia illa,
qua circumferuntur, Salmeronis volumina, post
viginti annos ab ejus obitu, anno 1602. impensis
totius Societatis, a teneis, & blattis vindicare,
ac typis mandare, nulla alia probatione ad-
hibita, quod ipsa genuini essent Salmeronis fœ-
tus, nisi quia ipse sic profitebatur. Denique licuit
P. Paulo Leonardo, Jesuita, multa ex manu-
scriptis, quorum fides nullo modo probari po-
teſt, in hanc ipsam causam, in suis responsioni-
bus allegare. Profecto, si multa ex iis, quæ ex
Actis auctoꝝ narrantur, & cum scriptis D.
Le Boffu, Doctoris Sorbonici, & cum variis,
quæ ab auctoꝝ etiam Societatis, citantur, lo-
cis, etiam de verbis ad verbum, convenire pro-
bentur; nonne tantam fidem mereri videntur,
quantam illa, quæ P. Sirmondus, & illi alii pro-
mulgare? Addit, quod plura illorum Actorum capita-
ta, manu Notarii Apotholici Romani subscripta,
nobiscum viderunt Illustrissimi Prelati, & viri
dæcissimi.

Quinto pertinet explicandum, num de iisdem Actis
loquantur D. Penna, & D. le Boffu, Doctor Sorbo-
nicus Ord. S. Benedicti.

Resp. Quandoque de iisdem, quandoque de di-
versis, ut constabit ex statim dicendis.

Sexto reprehendunt, quod in Actis Congrega-
tionum habitarunt, absente Pontifice, intererit
auctor protestationem Valentia, cum in hujusmo-
di conventionibus partes nec interessent, nec audi-
rentur.

Verum patet, hæc esse falsa, ex Paulo Leo-
nardo, Jesuita p. 35., & ex infra dicendis. Et
quamvis daremus, partes neque interfuerint, neque
fuisse auditias; an non scripto potuit Valentia
protestari? Multa liquide scripto utramque par-
tem exhibuisse, conitat ex eod. p. 3. num. 22., &
alibi.

VIII. THESIS QUEST.

HI, a die 2. Febr. ad 13. Martii, quolibet die
convenient, bis vero in hebdomada reliquo an-
ni 1591. Quinquaginta (1) Molinae proposi-
tiones notantur; idem fit 1599. coram Illustr. Madritio,
Borneſio, & Bellarm. Card. Madritius moritur
1600. Conquerunt Molinæ, se non fuisse audi-
tos. Nannez concinnat Confuram Confutaram, qui,
mandato Summi Pontificis, iterum 1601. congregan-
tur, ad 22. Januarii. Valentia protestatur, nolle se
opiniones Molinae, ut veras, tueri, sed ut minime
censura dignas. Junii 17. convenient Consultores su-
per examinanda Censura, alias facta, in 14. propo-
sitiones Molinae, & post longam, & exquisitam di-
ceptionem, omnes, (uno, aut altero excepto) in
censura persistentes, affirmarunt, scientiam medi-
am fuisse a Molina assertam, & inventum sci-
entia media fuisse a Massiliensibus exigitum, ad

extenuandam gratiam, effectricem bone voluntatis. Hujus oclavæ Thesis reprehensionem moluntur n. 6. & 7. In his multa dicunt, quæ ex sola rerum gestarum narratione penitus evanescent. Itaque Clemens VIII. ad se causam evocat anno 1594. mox usque ad annum 1597. inclusive, scripta utriusque partis a Theologis discuti, vult: sic Paulus Leonardus Jesuita par. i. num. 32. An 1598. indicit partibus, ut Romanum veniant. Inserit Congregationem auxilii. Idem ibid. n. 27. & D. le Boffu, Doctor Sorbonicus, ad Notam. i. c. 2. Celebrantur Congregationes a 23. Januarii usque ad 13. Martii. Idem Leonardus ibid. Deinde Censores resident gesta, convenientes bin in hebdomada usque ad 16. Nov. quo die, PP. Soc. Molinam defensuri, adveniunt. Ita memoriale PP. Soc. exhibitum Clementi VIII. Illi, ubi advenire, conqueruntur, se non fuisse auditos. Juber Pontifex, partes convenire in æde Cardinalis Madrui anno 1599. cuperuntque die 22. Februarii. Sub finem Martii, Madrui adjunguntur Cardinalis Afculanus, ex Prædictoria familia, & Bellarminus, ex Societate. Ita idem Leonardus ibid. n. 35. Cumque, habitis multis Congregationibus, nihil, quod momenti esset, concluderetur, inquit Leonardus ibid., Pontifex, post mortem Cardinalis Madrui, quæ contigit mense Aprili 1600, iussit Censoribus, ut solerter reverider gesta precedente triennio, sub Cardinali defuncto, indeque codicillum, conficerent, ipsique Pontifici exhiberent: quod & præstiterre initio Septemb. 1600. Ita D. Le Boffu, Doctor Sorbonicus, ad notam 12. & 13. p. primi capituli. Recepto codicillo, Pontifex jubet, ut duo Theologi utriusque Ordinis, ad revindendum Censuram Consultorum, coram Afculanu, & Bellarmino convenient: quod duabus duntaxat vicibus gestum est, ut refert memoriale PP. Societatis, exhibitum Clementi VIII. Iterum ergo, iussa Pontificis, anno 1601. Consultores die 22. vel 23. Januarii coeunt, audituri partes, scripto, ac viva voce disceptantes. Disputant pro fratribus Prædictoribus P. Didacus Alvarez, & P. Thomas Lemos: pro Societate, P. Christophorus Cobos, & P. Petrus Arrabal initio, & paulo post P. Gregorius de Valencia, cui a Generali Societatis impostum est hoc ipso anno præceptum, ut Molinam defendenter. Ita D. Le Boffu, ad Notam 14. prima p. i. anno autem sequenti 1602. mense Februario, decrevit Summus Pontifex, disputationes, se præsente, impoterum habendas: quod & factum est sub Clem. VIII. & Paulo V.

Ex his iam facillimum est, omnia solvere, que objiciunt n. illo 6. & 7. ac conciliare contradictiones, quæ inter harum rerum narratores videntur. Itaque primis Congreg. anni 1598. nostra partium interfuit. Anno 1599. amba partes interfuerunt. Anno 1600. duo Theologi ex quolibet duorum Ordinum duabus duntaxat vicibus una convenierunt. De his omnibus conventibus nihil sere dicunt D. Le Boffu, Doctor Sorbonicus, D. Penna, & Joannes a sancto Thoma. Congregationes anni 1601. quibus partes intererant audienda, absente Pontifice, enumerat Franciscus Penna, sicut & alias, præsente Pontifice, habitas, quamvis priores non potuerit videre Frater Joannes a sancto Thoma. Utramque etiam frequenter meminit D. Le Boffu. Prioris anni 1601. dicit Joannes a S. Thoma, quamvis subdistanter, fuisse 47. posteriores vero fuere in duplice differentiatione, ut docet manifeste D. Le Boffu, Doctor Sorbonicus, Ordin. S. Benedicti, passim, sed præsertim p. i. c. ad Notam 10. & c. i. ad Notam 11. & D. Penna. Aliæ siquidem fuerunt, in

quibus partes, præsente Pontifice, & Consultoribus, disputabant; aliæ, in quibus Consultores de disputatis cerebant judicium. Primi generis fuere Congregationes 37. sub Clemente VIII. & 10. sub Paulo V. Secundi vero generis fuere sub Clemente VIII. 31. Sub Paulo V. ad minus 8. ita ut Congregationes omnes, sub his Pontificibus habitas in iporum præsentia, fuerint ad minus 86. quamvis auctor non meminerit nisi 82. quia non meministi signifikatum omnium habitatum sub Paulo V. præsentis post Disputationes Partium, & Judicia Censorum: post quæ Paulus V. habuit Congregationes de modo decidendi, & alii appendicibus.

His positis, jam constat, nullam intercedere pugnam inter dicta auctoris, & Fratrem Joannem a S. Thoma. Quando enim Joan. a S. Thoma dicit, fuisse 47., Pontifice præsege, loquitur tandem de Congregationibus, in quibus partes disputabant anno 1602. & sequentibus. Quando vero auctor etiam 82. enumerat, præsentibus Summis Pontificibus, & alias plures, illis absentibus, loquitur de Congregationibus habitatis ab anno 1598., etiam de iis, in quibus Censores judicia cerebant de disputatis. Quando Joannes a sancto Thoma dicit, in 34. Congregatione latam fuisse a Consultoribus Censuram adverfus scientiam medium, loquitur de Congregationibus anni 1601. quando auctori illa eadem deberet esse supra ducentesimam; verisimum id esse potest, si habeatur ratio omnium, ab anno 1598. habitatarum. Quando Joannes a sancto Thoma computat 37. sub Clemente VIII., & in eius præfectio, loquitur de Congregationibus Disputationum. Quando vero auctor enumerat, coram eodem Pontifice, usque ad numerum 68., loquitur tam de Congregationibus, in quibus partes disputabant, quam de iis, in quibus, seculisi partibus, Censoris suffragia cerebant. Quando Joannes a sancto Thoma docet, post 35. non esse amplius actum de scientia media, loquitur de 35. disputatione. Quando auctor dicit, de illa scientia actum esse in 63. & 64., loquitur, numerando omnes tam Disputationum, quam Judiciorum. Denique, quando Joannes a sancto Thoma dicit, in tribus duntaxat Congregationibus actum esse de scientia media, id debet intelligi, esse in tribus tantum de illa disputatione. Quando vero auctor fuit, loquitur de tribus Congregationibus Disputationum, & aliis tribus Judiciorum, quæ cerebant tum de ipsa scientia media, tum etiam de rationibus, quibus illam PP. Societatis probant.

Et sic evanescunt omnia, quæ reprehensiones obiciunt n. illo 6. & 7. ac conciliare contradictiones, quæ inter harum rerum narratores videntur. Itaque primis Congreg. anni 1598. nostra partium interfuit. Anno 1599. amba partes interfuerunt. Anno 1600. duo Theologi ex quolibet duorum Ordinum duabus duntaxat vicibus una convenierunt. De his omnibus conventibus nihil sere dicunt D. Le Boffu, Doctor Sorbonicus, D. Penna, & Joannes a sancto Thoma. Congregationes anni 1601. quibus partes intererant audienda, absente Pontifice, enumerat Franciscus Penna, sicut & alias, præsente Pontifice, habitas, quamvis priores non potuerit videre Frater Joannes a sancto Thoma. Utramque etiam frequenter meminit D. Le Boffu. Prioris anni 1601. dicit Joannes a S. Thoma, quamvis subdistanter, fuisse 47. posteriores vero fuere in duplice differentiatione, ut docet manifeste D. Le Boffu, Doctor Sorbonicus, Ordin. S. Benedicti, passim, sed præsertim p. i. c. ad Notam 10. & c. i. ad Notam 11. & D. Penna. Aliæ siquidem fuerunt, in

lebrasse Congregationes de modo decidendi, & aliis, huc spectabant. Et haec tunc agebantur, dum scriberet Cardinalis Perroni, ut confit ex adi. Non ergo ait Perroni, Pontificem rogaſſe sententias Cardinalium de disputatis, sed de propotissimis, & ventilatis 6. Martii, scilicet de modo decidendi, & aliis huc spectantibus. Quare nullius est roboris obiectio, quando inferunt, non suffit necesse, ut iterum Senatorum Ecclesiæ suffragia colligeretur, si jam fuerat publicum ea de re. Judicium: rogabantur enim vota de aliquo alio, diverso ab iis, de quibus fuerat publicum Judicium. Rogabantur de modo decidendi: publicum fuerat Consultorum Judicium de articulis disputatis. Circa hanc theſm est, quod lectores monitos velimus, scilicet reprehensiones male illam auctoris particulam (*idem anno 1599.*) retulisse ad hoc, quod paulo ante dixerat, ipsos Consultores conveniente bis in hebdomada: non enim ad hoc referunt; sed ad ea, quæ immediate præcedunt, videlicet, *quinq̄aginta Molinae propositiones notant;* ita ut sensus non sit, Consultores anno 1599. bis in qualibet hebdomada convenisse, sed duntaxat, illos eo anno 1599. etiam notasse Cen-ara Molinae propositiones.

IX. T H E S I S Q U E S T.

Similiter propositionem Molinæ, negantis præmissionem, & dicentes, primam causam non influere in secundam, censuerunt Consultores, non posse defendi ex scopo Molinæ, qui illi videtur communis cum Pelagio, idem sentient, ut sibi viam sternent ad negandum gratia influxum in plas operaciones, quem putabat stare non posse cum libertate. (1) Circa hæc tempora Rome publico tenuerunt Molinæ, non esse de fide, Clementem VIII. esse Summum Pontificem. (2) Dicunt, ipsum posse errare. (3) Caglianum excusat Stephanus Tucius, (4) Societas. Pro Fausto Apologiae cudent (5). 1602. Feb. 17. Pontifex monet Illustrissimum Argonium, & Burgosium, Consultores prefatos, & Archibispicopum Armasianum, Petrum Lombardum, & Episcopum Aquilianum, ut adhuc disputationibus, quibus sive Summus Pontifex interesse, & præfice vult. (6) Dicunt Molinæ, se a D. Thoma discedere, (7) non obstantibus coram statutis. (8)

Adversus novam istam theſm multis modis insurgunt num. 2. 4. 5. 21. 22. & 23., quam & mendaciorum nūdum vocant. Ut igitur congruo ordine procedamus, singulas illius nonæ theſis particulas ligillatim propagabimus. Sic igitur arguant: Refert auctor, Consultores censuerunt, propositionem Molinæ de prima causa, non influente in secundam, defendi non posse ex scopo Molinæ, qui illi videtur communis cum Pelagio. Atqui nos verum esse nequer, quia Molina (inquit num. 21.) non negavit talen influxum, sed duntaxat Thomisticum illum, &c.

Respondemus, reprehensiones istos nihil adversus auctorem moliri. Agit auctor ibi Historicum, non Theologum: refert gesta in Congregationibus, non dicta Molinæ examinat, vel ex proprio marte proferat. Debuerant reprehensiones narrationem illam falsitatis accusare, cuius tamen testes sunt D. Le Boffu, Doctor Sorbonicus, p. i. c. ad Notam 12. & 13. & Acta Congregationis, quæ sic Censuram de verbo ad verbum refuerunt. „Inspecto P. Molinæ scopo, & quod si militer philosophatus de concursu gratia coadjuvans, quem dicit non esse concursum im-

Servi Tom. II.

(1) Eadem Acta. (2) D. Matth. loco sup. cit. (3) Academia Gall. ex Orat. Domini de Harley. (4) Ex notis Tucii at Caglian. (5) Ex Baron. tom. 6. & alii. (6) Acta Congregationis. (7) In libello; De ratione studiorum, esp. de dicta opinionem. Regul. 41. (8) 4. parte, c. 14. §. & in Cong. generali canone.

ss ope-

operantem causa secunda non mutatur, cum illam non recipiat, quia illa, juxta Molinam, non est influxus in causam, sed in effectum. Quomodo ergo id intelligunt?

Secunda particula Thesis 9. impugnatur a reprehensionibus n. 22. Dixit in illa auctor: Circa hac tempora Roma publice tenuerunt Molinistæ, non esse de fide, Clementem VIII. esse Summum Pontificem; idque retulit ex P. Matthæo. Atqui, inquit, reprobentes, Mattheus tantum refert, unum Jesuitam negasse, id esse de fide; & parum bene affecti erat animi, ne quid durius dicamus. Quapropter male celsit Jesuitas, non quod Thomistas feci sunt, sed quod parum prudentes, & mente non admodum sincera, quorundam Thomistarum sententias, quando non debuit necesse, juxta S. Thom. in 3. dist. 24. art. 3. q. 1. non statim aliquid non esse de fide, quod non sit de fidei fidei. Deinde hæc narratio non magis facit ad propositum, quam relatio mortis Mahumetis. Denique ex ea nihil aliud sequitur, nisi male cedere Jesuitis, quod Thomistas sequantur, a quibus, Turrecremata videlicet, Cajetano & Banne, ita ille dicerat.

Verum ad hæc respondetur. Ad primum quidem, Jesuitam illum, qui negavit, non esse de fide, Clementem VIII. esse Summum Pontificem, id publice docuisse, quod Generalis, & alii Societatis suo silentio, cum tenerent loci, vixi sunt approbare: idcirco meritis omnibus impunitum ab Auctore, quod ille unus fecit. Et vero, quam parum bene affecti essent omnes erga Clementem VIII., tanquam omnibus notum, referunt Academia Galliae, in suis adversus Jesuitas Defensionibus p. 24. sed mirum, quod, ad interpretandum locum P. Matthæi, citare D. Th. in 3., quasi docentes, non statim aliquid non esse de fide, quod non sit de fidei fidei: atque adeo, cum P. Matthæus solum dicat, Jesuitam illum affirmaret, non esse de fidei fidei, Clementem VIII. esse Summum Pontificem, inferre volunt, illum Socium non negasse, id esse de fide. Obstupimus sine ad tam acutam distinctionem; sed ubi D. Thom. confutuimus, crevit admirationis, at in alias partem. D. Thomas ex loci solum explicat celebrem illum Theologorum distinctionem eorum, quæ ad fidem pertinent formaliter, sive effectualiter, & presuppositive. Sed quid hæc ad propositum? An forte volunt, illum propositionem: Clementem VIII. est Summus Pontifex, non esse de fide effectualiter, sed presuppositive? Hoc vero dici nequit, cum ex D. Thom. ibidem illa dicantur de fide presuppositiva, quæ non sunt supra rationem humanam cuiuslibet hominis: illa vero propositio omnem orum hominum rationem superaret. Et profecto, P. Matthæus ad hanc Theologorum distinctionem non attendit; sed, cum Gallico idiomate dicere non posset, Jesuitam assertuiss, propositionem praefatam non esse articulum fidei, ne hoc intellegeretur de Articulis Symboli, juxta communem vulgi captum; aliunde vero ob cacophoniam non posset exprimeri Gallice, non esse de fide: dicit, illam non esse de fidei fidei. Quia tamen pirata nihil aliud intellexisse, quam, quod illa dicebat non esse de fide, constat vel ex ipsiis reprehensionibus, qui pro ea sententia citant Turrecrematam, Cajetanum, & Bannem; qui non dicunt, illum non esse de fidei fidei, sed non esse de fide.

Ad secundum Resp., hoc multum tunc temporis spectat ad quaestiones de Auxiliis, in quantum PP. Societatis, sentientes, Clementem VIII. propendere ad definitionem contra Molinam, ut expresse docent Fuligatus, & Petrasancta, in Vita Card. Bellarmi, lib. 3. cap. ult. videbantur, velle concutere fundamentum, ut, illo ruerente, una ruerent superstructa; convulsa siquidem, aut factem conculta, & vacillante auctoritate Clementis VIII. (sicut mutaret, dato, quod non esset de fi-

de, illum esse verum Pontificem) consequens fore, ut quæ definitiss, non essent firma auctoritatis, sed dubia, & antiquipos. Quare, esto aliquis de probabilis esset opinio illa, quæ assert, non esse de fide, hunc numerum hominem esse Summum Pontificem; nihilominus in illis, quæ tunc intercedebant, circumstantiis, id publice Roma docebat, parum prudentes, & parum bene affecti erat animi, ne quid durius dicamus. Quapropter male celsit Jesuitas, non quod Thomistas feci sunt, sed quod parum prudentes, & mente non admodum sincera, quorundam Thomistarum sententias, quando non debuit, defendere, aut si. Ex quo patet ad ultimum. Circa hanc eandem particulam est, quod lectors advertant, quod cum auctor dicit: Circa hac tempora Roma publice tenuerunt, &c. non haec eo sensu ab illo dicta sunt, quasi illa omnia, quæ deinceps in illa thesi non narrantur, eodem anno afferat contigisse; sed folum, quod variis annis haec gesta sunt, ab initio controversie, hoc est ab anno 1588. usque ad annum 1603. ac sequentes, & latependente, ut ita loquamus. Quare planissimus sensus illius dicti constaret, addita una particulari; put, si dixisset, circa hæc tempora controversie. Hac si attendas, evanescent in auras, quæ mox objiciunt, ut statim constabat.

Tertia particula ejusdem thesi nonæ sic habet: Dicunt ipsum (scilicet, Clementem VIII.) posse errare. Sed (inquit num. 23. reprehensiones) quis hoc dixit, quando, & ubi?

Respondeatur, hoc tertium esse Christianissimum Regem, Henricum IV. in responsive ad propositiones Primi Praefidis Achillis de Harley: quod etiam refertur pag. 545. in collectione Memorialium, statui politico deservientium, anno 1623. edita. Sin minus haec ipsi facient fatus; noverint, esse præ manibus nostris dictata unius ex celebrioribus Theologis Societatis, in quibus docet, Pontifices, nedum ut privatos Doctores, sed, absolute loquendo, posse errare.

Quarta particula est: *Cassianum excusat Stephanus Tuccius Societatis*. Hoc dictum falsitatem accusant: primo, quia annis quatuor ante annum 1601. Tuccius obierat, scilicet anno 1597. Secundo, quia toto ante obitum quinquevices laboraverat morbo, omnem omnius scripti impediente. Tertio, quia non Stephanus Tuccius, Jesuita, sed Henricus Cuykius, Episcopus Rurmundensis, Notas in Cassianum scripti: unde neque imago primi faculi Societatis, neque Bibliotheca ejusdem, licet omnia Tuccii scripta edita, vel edenda enumaret, Notarum in Cassianum, quasi a Tuccio compositarum, meminerit.

Sed horum primum jam concidit; vidimus enim, illam particulam, circa hac tempora, non denotare annum 1601. sed solum tempora controversie. Idemque dicendum ad similem objectionem contra particulam sequentem. Et profecto novimus, Tuccium Notas illas in Cassianum scripsisse eodem anno 1588., quo Molina concordiam edidit: quare nec secundum aliquius momenti est. Tertium vero nihil facit: porri enim uterque & Tuccius, & Cuykius, Episcopus Rurmundensis, in Cassianum Notas componebant. Quare vero Ima go primi faculi Societatis, & Bibliotheca ejusdem illarum non meminerint, non est difficile jicare, ut scilicet consenserit honoris suorum. Scripsisse vero Tuccium Notas in Cassianum, ita constans est, ut, cum hoc in Congregatione 20. habita die 10. Novembris anni 1602., Pater Lemos objecisset; nihil omnino responderint: unde & ejusdem P. Thome de Lemos habentur luctationes adversus predictas Tuccii Annotationes in

in Cassianum. Et Mariana lib. de mort. & immortalitate, cap. 6. & 8. Tuccium videtur indicare, dum, ubi dixit, sententiam D. Augustini videri nonnullis horridam, addit: „Video, quæ „, a Cassiano dicta sunt omnia de gratia, & li- „, bero arbitrio a viris eruditis (Quoniam isti sint, „, non est difficile conjectare) nostra state defendi, „, quasi pietari consona, neque deflexa a fide re- „, gula sancta.“ Forte nonnulli suspicentur, praefatas Cuykias Notas esse eadem cum Notis Tuccii, quas cum non posuerint Roma eo anno promulgare, posita, sub Episcopo nomine, quo ipsi auctoritatorem concilarent, & si quid reprehensione dignum esset, totum in Episcopum refundetur, in Belgio edidere. Neque hoc mul- tum abhorret a quorundam recentiorum confu- tudine, qui libros suos alienis, five fictis, five ve- ris nominibus insigniunt, ut videre est apud Pe- trum Aurelium in Amaretico adversus Sirmun- dum.

Quinta particula dicit, illos pro Fausto elabo- rasse Apologia: in cuius rei fidem laudavit Auctor Baronium tomo 6. qui, ut verum fateatur, quamvis id aperte non dicat, videtur tamen subobscure innuere ad annum 1600. Non est, inquit, ut pro Fausto aliqua posse, in eis defensionem, Apologia elaborari. Et paulo post: Cura igitur Fa- sti sententia ab Ecclesia Catholica fuerit contradic- tum; videant, quanto periculo quidam ex recentiori- bus, dum in Novatores infundunt, ut eos refu- tent, a S. Augustini sententia de Predestinatione rec- cident; cum aliquis armæ non defint, quibus ad- versarii profligentur. Ac tandem dicit, se mirari Faustum ab aliquibus inscribi Sanctum. Si qui autem perpend Baronium, hanc scribentem Roma anno 1595., ut assertor reprehensiones num. 20. quo tempore servere incipiebat controversia, ex cuius articulis unus erat de prædefinitione, in quo Molina, se a D. Augustino recederet, pro- ficitur; idque potissimum, ut, dum contra No- vatores insurgendum ficeret, liberum arbitrium sartum, tectum queri posset; perspicet profecto, fundamenti farsi suffici auctori, quo haec, a Bar- onio dicta, Molina, ac sequacibus tribueret. Nec vero conqueratur, sibi hac in parte gra- ven calumiam ex conjecturis inuri, cum & in Valeriano Cemelensi, & in alio Semipelagiano, cuius librum super P. Sermundus editum, ac commendavit, idem contingisse, jam notum si omnibus.

Ultima particula, quam impetrunt in thesi nona, illa est, in qua auctor sic ait. Dicunt Molinistæ, se a D. Thoma dicere, non obstantibus statutis. 1. Reprehendunt chronologi- um, quod scilicet, iam indicatis a Clemente Disputationibus, hoc dixerint in libello, de ratione studiorum, cum ille tribus ante haec annis fuisse editus. 2. Quia in eo libello nullum caput est de delectu opinionum. 3. Quia in nullo Jesuitarum instituti libro aliquid est, quo se prospicteant a D. Thoma dicere, nisi in qua- stione de Conceptione B. Virginis, & in alia de- votio solemni.

Verum, quam fatendum videatur, illam particulam non suffit suo loco repositam, & aucto- rem inter illa voluisse ordinare, qua eadem The- si refert, ante narrationem de indicis disputatio- nibus; nihilominus, quia libellus ille de ratione studiorum etiam vim, ac vigorem suum habebat tunc temporis, & P. Lemos illo aliquoties usus est in Congregationibus, non abs re potius etiam in illum annum 1602. Auctor rejicere, quæ in illo Molinistæ profitabantur, quia statim possea, ubi Pontifex sequendum in hac quæstione D. Au- gustinum edidit, non ita aperte aut sunt dicere,

eo paucis equissimo, ut quicunque mortalis talibus bonis, paci mortalium accommodatis, bene usus fuerit, accipiat ampliora, atque meliora, & ipsam immortalitatem pacem, eique convenientem gloriam, &c. Ex quo sic arguebat: Augustinus dicit, Deum ex pacto æquissimo bene utenti bonis temporalibus daturum duo, nempe bona ampliora, atque meliora, & praeterea ipsam immortalitatem pacem, sive gloriam. Sed per ampliora bona non possunt intelligi, nisi bona gratia, que sola sunt temporalibus ampliora, & a bonis gloria distincta. Igitur Deus ex pacto dabit bene utenti temporalibus bona gratia, & gloria. Et cum premium, promissum bono operi, non debeat a bene operante, dum bene operatur, & mereatur, haberi (nam meritorum spem involvit, qua est de futuris) consequens est, ut Deus non habentem gloriam, & sic bene utenti temporalibus sine gratia, atque adeo ex natura viribus, datus sit & gratiam, & gloriam.

Dum haec proponeret Valentia, P. Lemos statuit, attonitus inter se (ut ipse postea narravit) dicens, qui fieri posset, quod Augustinus haec dicere non est, inquietus, possibiliter, quod ipsi Sanctus Doctor fidelis sit hereticus. An ego memoria omnino lapsus sum? An PP. Societas autem essent, falsificare Divi Augustini locum, in presentia sua Sanctorum, ut alias alibi plures facilitarunt? Atque, ubi sic cogitabundus staret, finem dicendi fecit Valentia. Et tum P. Lemos, ignorans, quid consilii caperet, flexo poplite, ad Sanctissimum ait, "Qua intentione. P. Valentia falsificaverit Beatum Augustinum, non est meum, P. Beatissime, judicare: Vesta Sanctitas, judicabit: meum est offendere, quod falsificaverit. Ne autem dicant Patres, id contingit defectu codicis, & errore Typographi, pricipiat Vesta Sanctitas, ut detur mihi idem numero codex, & in eo ostendam, ipsum falsificasse verba D. Augustini. "Et cum, jubente Pontifice, datus fuisset codex, Pater Lemos ostendit, non sic haberi in Augustino, sed longe alterius, videlicet, dedit hominibus, ut largitio gratiae rationabilis. 6. Lapsus potest naturaliter cuiuslibet tentationi resisteret. 7. Explicatio illius 1. Cor. 10. Fidelis Deus &c. 8. Servanda est laus liberi arbitrio ante receptionem gratiae. 9. Ad perfectionem solum requiritur gratia habitualis, & auxiliis sufficiens. 10. Actus nature ordinantur ad justificationem. 11. Conanti ex natura datur gratia. 12. Propter bona natura, ut occasione, datur gratia &c. 13. Lapsus potest medium querere. 14. Predestinationem omnium non est gratuita.

XIV. THESIS QUEST.

Propositiones, in quibus Molina cum Cassiano convenire, censuerunt Consultores, sunt. 1. Hoc lapsum potest habere iudicium, naturale cajuslibet boni moralis. 2. Gratia illuminans, & vocans sufficit ad salutem. 3. Potest homo lapsus naturaliter diligere Deum super omnia. 4. Deus exceptat nos non conatus. 5. Deus exceptat occasiones, ut largitio gratiae rationabilis. 6. Lapsus potest naturaliter cuiuslibet tentationi resistere. 7. Explicatio illius 1. Cor. 10. Fidelis Deus &c. 8. Servanda est laus liberi arbitrio ante receptionem gratiae. 9. Ad perfectionem solum requiritur gratia habitualis, & auxiliis sufficiens. 10. Actus nature ordinantur ad justificationem. 11. Conanti ex natura datur gratia. 12. Propter bona natura, ut occasione, datur gratia &c. 13. Lapsus potest medium querere. 14. Predestinationem omnium non est gratuita.

XV. THESIS QUEST.

In Congreg. 29, habita II. Junii 1603, disputatum, An Confessio Tridentinum esse 14. & can. 5. obseruit, que de contritione, & attritione docet Molina. Conclusum est affirmative, in Congreg. 30. In Congreg. 31. 23. Junii actum de motu necessario, ut actus sit simpliciter bonus; & conclusum in 32. adversus Molinam. Post hanc Arribal informatus porrexit in Hispaniam: loco illius disputavit Basilida, & in Congreg. 33. die 10. Novembris actum, An ea, qua Molina docet de actibus, quos librum arbitrium potest elicere, & subtracta particula (SCILICET). Quod etiam ubi propriis oculis probavit Pontifex, facti indignitatem detectus, Valentiam severo yuictu intuitus, illam particulam Ho. protulit, acciditque narratum ab Auctore.

Locus vero Viguerii multo minus faverit, quia sic habet Viguerius eo loci: Sic conanti Deus sua proclamata misericordia adest, & converterit ad eum suo auxilio speciali. Ipsi vero legebant, Sine

auxilio speciali, ut testatur D. Le Bossu, Doctor Sorbonicus 1. p. primi cap. ad notam 14. paulo ante finem.

De his que num. 25. dicunt adversus theses 10. & sequentes usque ad 22. male videlicet tari Molinam, non efficit curandum; sufficeret enim ad fidem auctoris, probasse, ita relatum, & intellectum huius Molinam in Congreg. Verum ipsa loca, ex quibus Summus Pontifex, qui quæsiones proponebat, propositiones Molinam defamebat, dabimus inferius.

XIII. THESIS QUEST.

Ab hac 12. Congreg. ad 33. disputat Arribal loco Valentie de convenientia Molina cum Cassiano in 12. propositionibus usque ad 19. Congregationem exclusive, habitat II. Junii 1603. Ceteris 21. sunt, in que 27. Januarii actum de dono perseverantia, & offensum Molinam dicere, quod concusus Divini auxillii natura posterior est concursu liberi arbitrii. Cumque ad scientiam medium recurveret Arribal, interrogavit Pontifex. Quid per illam scientiam Deus prævidet? Respondit Arribal: Influxum liberi arbitrii. Replicavit Pontifex: Aut quem gratia facit, aut quem natura? Si premium, scientia illa non est ante decreta; si secundum, idem dicit Cassianus. Conclusum contra Molinam in 22. habita 28. Januarii. In 27. & 28. actum de predestinatione: conclusum, fieri ante praevia merita. Molinam, dixit Pontifex, impensis locum contra Augustinum.

XIV. THESIS QUEST.

Propositiones, in quibus Molina cum Cassiano convenire, censuerunt Consultores, sunt. 1. Hoc lapsum potest habere iudicium, naturale cajuslibet boni moralis. 2. Gratia illuminans, & vocans sufficit ad salutem. 3. Potest homo lapsus naturaliter diligere Deum super omnia. 4. Deus exceptat nos non conatus. 5. Deus exceptat occasiones, ut largitio gratiae rationabilis. 6. Lapsus potest naturaliter cuiuslibet tentationi resistere. 7. Explicatio illius 1. Cor. 10. Fidelis Deus &c. 8. Servanda est laus liberi arbitrio ante receptionem gratiae. 9. Ad perfectionem solum requiritur gratia habitualis, & auxiliis sufficiens. 10. Actus nature ordinantur ad justificationem. 11. Conanti ex natura datur gratia. 12. Propter bona natura, ut occasione, datur gratia &c. 13. Lapsus potest medium querere. 14. Predestinationem omnium non est gratuita.

XV. THESIS QUEST.

In Congreg. 29, habita II. Junii 1603, disputatum, An Confessio Tridentinum esse 14. & can. 5. obseruit, que de contritione, & attritione docet Molina. Conclusum est affirmative, in Congreg. 30. In Congreg. 31. 23. Junii actum de motu necessario, ut actus sit simpliciter bonus; & conclusum in 32. adversus Molinam. Post hanc Arribal informatus porrexit in Hispaniam: loco illius disputavit Basilida, & in Congreg. 33. die 10. Novembris actum, An ea, qua Molina docet de actibus, quos librum arbitrium potest elicere, & subtracta particula (SCILICET). Quod etiam ubi propriis oculis probavit Pontifex, facti indignitatem detectus, Valentiam severo yuictu intuitus, illam particulam Ho. protulit, acciditque narratum ab Auctore.

Locus vero Viguerii multo minus faverit, quia sic habet Viguerius eo loci: Sic conanti Deus sua proclamata misericordia adest, & converterit ad eum suo auxilio speciali. Ipsi vero legebant, Sine

XVI. THESIS QUEST.

In Congreg. 37. 25. Novembris actum, Utrum Molina in positione de causis partialibus convenientiam cum Pelagio. In Congreg. 38. 25. Novembris Consultores determinarunt affirmative, addentes, statum cause illius secundum eundem cum presenti. In Congreg. 39. 8. Decembri actum, Utrum Deus se inserat nostris conatibus naturalibus, ut vult Molina. In 40. die sequenti, conclusum negative. 20. Januarii 1604. In Congregat. 41. disputatum, Utrum, iusta Augustinum, interna vocatio penteat a libero arbitrio, ut ait Molina. In 42. conclusum negative. In 43. habita mense Februario, actum, An, quando sumus in via, salus sit posita in manu arbitrii nostri. In 44. conclusum, quod non, iuxta sententiam a Molina. In 45. 22. Martii, an Deus, de lege ordinaria, magna ex parte, dona sua usi liberis arbitrii accommodaverat. In 46. conclusum negative.

XVII. THESIS QUEST.

In Congreg. 47. 21. Aprilis actum, An Deus exigit, ut homo faciat, quod in se est, prius quam donet fidem. In 48. negativa pars prevaluit. In 49. 30. Aprilis actum, An actus, admitti a Molina, ex naturalibus suis, ut ad salutem oportet. In 50. affirmative determinatum. In 51. 6. Maii actum, In quo differt motuum pietatis Christiane, & bonitatis Dei, super omnia dilecti &c. In 52. dictum, non differre. In 53. Maii 28. actum, Utrum intellectus, proponens voluntati Deum amandum, ut qui pro nobis fudit anginem, ut preminentem vitam eternam, &c. proponat objectum naturale, vel indifferens. In 54. conclusum, quod ponit, ut supernaturale. In 55. 30. Junii actum de eodem. In 56. idem conclusum.

XVIII. THESIS QUEST.

In Congreg. 57. Junii 21. questionem, supposita doctrina Molinae de actibus bonis, naturaliter possibilibus, & de partiali causatione gratiae, & liberi arbitrii, quenam ex illis causis preponderet in iustificatione hominis. In 58. conclusum, iusta Molina librum arbitrium preponderare, gratiam vero, in rei veritate. In 59. capitum est, agi de Scientia-media die 27. Octobris. Basilida differit, per duas Congregationes ad punctum difficultatis revere, probans in 59., Deum cognoscere conditione futura, in 61. illa cognoscere certio, quare Consultores iuxta obiectum 29. nimirum, quod adveniret bis damnata Scientia-media, antequam veniretur ad punctum difficultatis: quare mutabili illorum iudicium, vel justitia, qui causam inauditam damnaverat: vel prudenter, quia post latam sententiam audire voluerunt litigantes.

Respondemus, Judices illos, viros equissimos, ac doctissimos, non damnasse inauditam causam, cum jam toties, & toties, usque ad nauicem, eadem repetentes audiissent, & scripta legissent: & licet inauditos damnarent, justa id fecissent: quia P. Basilida noluit obedere ipsi jubentibus, ut ad punctum difficultatis accederet: quando autem altera pars tergiversatur, & malorum litigiorum instar fugit, causa sue ipse diffidere iudicatur: unde in alterius favorem proficerent sententiae: potest tamen damnata pars iterum aliquando audiiri; idque quoridam praestant Senatores integrerimi, absque ullo vel jutitia, vel prudenter prejudicio.

Post hanc mortuus est Clemens VIII. In conclavi iuratum, quod futurus Pontifex finem his questionibus intra annum imponeret. Electus est Leo XI., quo paulo post sublatio, constitutus est S. D. N. Paulus V., qui, non obstantibus variis instantiis, negotium prosecutus est.

XX. THESIS QUEST.

Sub Sanctissimo D. N. Congregatio 1. habita est die Exaltationis S. Crucis inter Consultores: uoi conclusum est, quod, preter toties disputata, de duobus punctis fuerint precise due disputationes, post quas S. D. N. Apostolica autoritas definiet. Itaque 1. habetur 20. Septembris. De mente D. Augustini actum, Utrum gratia efficaciam habere ex omnipotenti Dei, & supremo dominio, quod sua Divina Majestas habet etiam in voluntates hominum, ut record. Clemens VIII. in suo Scripto, exhibito 9. Iulii 1603. cap. 5., proposuerat. Negarunt Molinæ, quia (inquietabant) in hoc importanter predeterminatio physica. Sed ostensum a P. Lemos, & Congregat. sequenti conclusum a Consultoribus, eam esse D. Augustini mentem, quam Clemens VIII. ex multis ejusdem S. Doctoris locis proposuerat.

XXI. THESIS QUEST.

In 4. Congregat. 10. Octobris actum, Utrum Deus actus, proprie, nedium moraliter moveat sua gratia liberum arbitrium ad bonum, &c. An, hoc dato, illa gratia dici debet predeterminatio physica. Hoc 2. admisere Molinæ, prius negarunt. Basilida, initio invetus in Consultores, increpatur a S. D. N. diente; Respondet al dubio, & lacitare queste cose, lacitare queste inventive, a che proposito se fanno queste inventive? Instat Basilida contra consilium Consultorum, ne una Congregatione terminetur negotium; & obtinet. Actum igitur 1. ex Scripto, 2. ex Tridentio, & Sessione Concil. 3. ex PP. maxime Augustino. 4. ex D. Thoma. 5. ex Scholasticis. 6. rationibus Consultoribus in 14. Congregat. conculserunt, Deum actus proprie mouere; Rationes vero Molinistarum, capiendas, periculosas, humanis auribus pruientes, Pelagiana forse dogmata. Jam exposita definitio S. D. N.

Theses 18. 19. 20. 21. fine teste esse, conquerantur.

Resp. Non fuisse opus; omnes enim satis intelligebant, illas haberi ex Actis toties citatis. Unam refutare difvolendum, quod adversus Theorem 18. & 19. obiectum nu. 29., nimirum, quod adveniret bis damnata Scientia-media, antequam veniretur ad punctum difficultatis: quare mutabili illorum iudicium, vel justitia, qui causam inauditam damnavere: vel prudenter, quia post latam sententiam audire voluerunt litigantes.

Respondemus, Judices illos, viros equissimos, ac doctissimos, non damnasse inauditam causam, cum jam toties, & toties, usque ad nauicem, eadem repetentes audiissent, & scripta legissent: & licet inauditos damnarent, justa id fecissent: quia P. Basilida noluit obedere ipsi jubentibus, ut ad punctum difficultatis accederet: quando autem altera pars tergiversatur, & malorum litigiorum instar fugit, causa sue ipse diffidere iudicatur: unde in alterius favorem proficerent sententiae: potest tamen damnata pars iterum aliquando audiiri; idque quoridam praestant Senatores integrerimi, absque ullo vel jutitia, vel prudenter prejudicio.

XXII.